

& edocatio communis. omnium pos-  
 sessio & omnium una libertas ad  
 quisitio eorum quae caelo teste  
 marique capiuntur. Item depo-  
 sitae rei uel commendatae pecu-  
 niae restitutio. uolentiae. per uim  
 repulsio. Nam hoc aut siquid huic  
 simile est. numquam iniustum. sed na-  
 turale aequumque habetur.

**IX** <sup>quid sit ius civile</sup> Jus civile quod quisque populus  
 uel ciuitas sibi proprium huma-  
 na diuinaque causa constituit.

**XVI** <sup>quid sit ius gentium</sup> Jus gentium est. secundum occupatio-  
 nem edificatio. munitio. bella capti-  
 ueratis. seruaturis. post limina  
 foederis pacis. induitiae. legato-  
 rum non uiolandorum. religio-  
 conubia inter alienas gentes  
 prohibita. & inde ius gentium. quod  
 eo iure omnes fere gentes utun-  
 tur.

**XVII** <sup>quid sit ius militare</sup> Jus militare est. belli infe-  
 rendi solemnitas. foederis fa-  
 ciendi neque. signo dato. egrae-  
 sio in hostem uel commissio. Item  
 signo dato receptio. Item flagi-  
 tii militaris disciplina. si locus  
 deseruatur. Item stipendiorum  
 modus. dignitatum gradus. prae-  
 miorum honor. uel uacuum coro-  
 na uel torques donantur. Item  
 praecedere decisio. per personarum  
 qualitatibus & laboribus iusta

diuisio ac principis portio;  
**XVIII** <sup>quid sit ius publicum</sup> Jus publicum est in sacris & sacer-  
 dotibus. in magistratibus;  
**XVIII** <sup>quid sit ius quiritium</sup> Jus quiritium est propriae ro-  
 manorum quod nulli tenent  
 nisi quiritis. id est romani. tam  
 quam delegatis hereditatibus;  
 decretionibus; de uetulis. de usu  
 captiombus. quae iure apud  
 nullum alium populum sepe-  
 peruntur. sed propriae sunt  
 romanorum & in eodem solo  
 constituta. Constat autem ius  
 quiritium. ex legibus. ex ple-  
 bis scitis constitutionibus  
 principum. & edictis. siue pru-  
 dentium responsis; **quid sit lex**

**IX** Lex est constitutio populi. quo  
 maiores nati simul cum plebi-  
 bus. aliquid sancierunt;  
**XI** <sup>quid sit plebs</sup> Scita sunt quae plebes tantum  
 constituunt. & uocata scita  
 quod deo plebs sciat. uel quod  
 scieratur & rogata ueritas;  
**XII** <sup>quid sit senatus</sup> Senatus consultum. quod tan-  
 tum senatores populi con-  
 sulendo decernunt. **Constitu-**  
**XIII** <sup>quid sit edictum</sup> tio uel edictum quod rex uel  
 imperator constituit uel edi-  
**XIII** <sup>quid sit responsa prudentium</sup> cit; Responsa sunt quae iu-  
 ris consulti respondere di-  
 cuntur consulentibus